



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XXIII. Negatur à Petro. Ioan. 18. & in aliis, vt suprà.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

adhuc egemus³ testibus? audistis blasphemiam, quid⁴ vobis videtur? at illi dixerunt, reus⁵ est mortis, tunc⁶ expuerunt in faciem eius, &⁷ colaphis eum ceciderunt, alij⁸ autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes, ⁹ Prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit? &¹⁰ alia multa blasphemantes dicebant in eum, & faciebant. Tu è contra scinde cor tuum, benedic, pronuntia dignum vitâ; conuoca testes orbem vniuersum; venerare faciem, genas, caput, manus, oculos; accusa teipsum quasi sapius percutientem, &c. & alia quæ suggeret affectus, & intima veneratio, simul & admiratio modestiæ, patientiæ, silentij, &c. & quàm tu dissimilis eum occasio offert se.

XXIII.

Negatur à Petro. Ioan. 18.

& in aliis, vt supra.

1. **I**ngressus Petrus¹ sedebat cum ministris vt videret finem, &² calefaciebat se. Perpende gradus ad lapsum; secutus fuerat à longè, nolens notari; tum, sedisse foris in atrio deorsum, quasi aliud

H 3

agens,

174 MYSTERIA PASSIONIS

agens, ingressus sedit cum ministris calefaciens se, quasi vnus ex ipsis; tandem rogatus ab ancilla, *Nunquid & tu ex Discipulis es hominis istius? dicit, non sum.* Quis sibi fidat? quis non oret ne fragilitate superatus paria patiatur? quis non videat quàm necessariò præcepit Christus in horto, *Vigilate & orate, &c.* Quis occasionem omittat his armandi se ante conflictum? fuge occasiones, caue remissionem animi, & exercitiorum piorum neglectum. "Leuis omissio exercitiorum vix sine aliquo dispendio transit. Th. Kemp. l. 1. c. 17. n. 2.

2. Perpende quo animo rulerit Christus hanc primam negationem, compatiens tamen infirmitati, & ordinans ad humilitatem. *Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi, & hic erat cum IESU Nazareno, & iterum negavit cum iuramento.* Vide quomodo punitur grauiori lapsu conatus languidus, de quo Sapiens, *Vult & non vult piger.* Intuere conscientiam Petri, quàm anxia, quàm seipsam damnans, & tamen non se expedit; *Gallus cantat, & non proripit se, vel non aduertit;* quot similes

similes monitiones immittit animæ misericors Deus studens parcere, & surdi sumus?

3. Tandem intervallo facto quasi hora unius accesserunt qui astabant (excitati fortasse clamore ancillarum) & inter hos cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam; & dixerunt Petro, verè & tu ex illis es, nam & Galileus es, & loquela tua manifestum te facit; & nonne ego te vidi in horto cum illo? Ille autem coepit anathematizare, & iurare quia nescio hominem istum quem dicitis. Peccatum quod pœnitentia non deletur, mox suo pondere ad aliud trahit.) Gregorius.

4. Et continuò illo loquente cantavit gallus, sed & antea cantauerat, nunc autem conuersus Dominus respexit Petrum. mira conuersio! Domini ad seruum, & talem; felix aspectus. *Vsquequo Domine Vide ps. 12. obliuisceris in finē? usquequo auertis faciē per totum tuam à me? &c. & recordatus est Petrus verbi Domini, &c. & egressus foras fleuit amarè.* O lachryma humilis! tua est po-Petr. Celerentia, tuum est regnum; Tribunal Iulensis l. de dicit non vereris, vix sola si intraueris, panib. c. 12. nunquam sola seu vacua redibis.)